

Oratio fit lachrymosa.

D. Chryf.

76. Aretas. Blescaus.

Opus virtutis tanquam oratio Deum exorat.

77.

Actor. 9.

Opera virtutum vocalia sunt apud Deum.

Arator.

78. Hebr. 5.

fumus dicitur; fumus ab oculis lachrymas elicit, sic & oratio, quae lachrymas compunctionis elicit, maxime ad volat in caelum; ut ait Divus Chryf. homil. 79. ad Popul. Antioch. *Orationis plantam lachrymarum fontes ad maximam ex-crescere faciunt altitudinem.*

Nomine incensorum de orationibus sanctorum; Aretas hic, Blescaus serm. 44. non solum intelligunt ipsas orationes sanctorum, sed etiam eorum opera bona, & sancta, quae efficacissimam orationem, & vocem habent erga Deum, ipsamque vehementissimè exorant, & deprecantur, multaque ab eo impetrant. Sic ait Aretas: *Incensa sive thymiamata, sunt orationes sanctorum, quibus in votis est, si quid aliud, etiam sit, quod Deo offerri possit, in partem incensorum, ipsi recensere flagitiosa, hoc, & graveolenti vita, & ne amoris erga ipsum evaporata.*

Mortua illa pia, ac devota femina Dorcade, quae sicut viva magnum erat subsidium pauperibus, sic & mortua magna eorum destititio; Tunc discipuli advocant Petrum, qui non longe aberat, ut sanctissimam feminam communem pauperum benefactricem ad vitam revocaret; convenit Petrus & defunctae habitaculum ingreditur; Et circumsteterunt illum omnes viduae, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas; eiecit autem omnibus foras, &c. Et data manu, eam vivam erexit. Actor. 9. num. 39. Ecce viduae, & pauperes praesentem habent Petrum, magnorum miraculorum operatorem, & va. de potentem, earum benefactricem è mortuis ad vitam excitare; considera tamen text. & reperies, quod nihil ab eo petunt, nec unum verbum proferunt pro salute, ac vita illius; sed solum cum multis lachrymis, ejus oculis ostendebant vestes sibi à defuncta datas: Cur non magis precibus ejus vitam deprecantur? Cur non multis clamoribus Apostolum rogant, ut vitam, quam aliis tam liberaliter praestiterat, huic feminae etiam concedat? cur in his omnibus alto silentio orant, & solum illius pietatis opera praesentant? Prudentissimè sanè verbis tacent; credebant enim opera sancta defunctae praesentantur, & tanquam suavissimum incensum, ascendit coram Deo, de manu Angeli offerentis tales orationes, quae multum valorem habent ex ipso Angelo offerente cum multa reverentia, submissione, ac fervore, representante Deo ipsas orationes simul adjunctas, ut exaudiantur, cum meritis Christi, & Beatissimae Virginis Mariae, ac sui, & omnium sanctorum; ut late explicat D. August. in Soliloq. cap. 27. D. August. D. Bernard. serm. 12. in Psalm. qui habitat: & serm. 31. in Cantic. & sermone de Angelis; D. Chryf. de incomprehensibili Dei natura homil. 3. Joan. Climac. grad. 5. Innocent. 3. proemio in 7. Psalm. Pœnit. Richardus Victorin. in cap. 5. Cantic. Anast. Synaita lib. 1. exameron. Antonius de Vasconcel, Volum. de Angelo cuf. to 1. lib. 2. cap. 12. part. 3. lib. 3. cap. 12. part. 3.

Non murmure tristis affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant. Instrumenta precum; quidquid benefacta merentur. Officiis, volvere loqui: vocisque repulsam eligere sua. Quae lachrymis fecit vitam, favenda gementi. Materia est, dixisse nihil, nimiumque somnia. Causa petit, quod lingua tacet.

Loquens Paulus de Christo Domino Hebr. 5. n. 7. *In diebus carnis suae, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.* Quae verba communiter Patres interpretantur de oratione facta à Christo Domino pro resurrectione sui corpo-

ris, ita Ambr. Theodor. Oecumen. Photius, Anselmus, Primasius, D. Thomas & Hugo; Tamen, ut bene ponderant D. Chryfost. & Theophyl. nusquam invenitur, Christum Dominum petivisse à Patre sui corporis resurrectione. Attente lege totum Evangelium, & nunquam reperies, Christum pro suscitacione sui corporis orasse. Quomodo ergo Paulus tam asseveranter tenet, Christum orasse, & clamasse pro sui corporis suscitacione, juxta sanctos Patres proxime relatos? Tamen verba illa non sunt referenda ad aliquem linguæ clamorem, qui forsitan in Christo pro suscitacione sui corporis nullus fuit; sed referenda sunt ad operum clamorem; dum enim Jesus divinas virtutes operabatur, tantas contrarietates sustinebat, sanguinem suum effundebat, mortem patiebatur, haec excellentissimi na opera validissimum clamorem ededant, Patremque efficaciter movebant, ad ejus mortem exterminandam, adque eam omni dono sublimandum, & exaltandum, ut auctorem nostrae salutis, ac vitae; & ad hoc respicit Primasius, dum ait, *Omnia, quae Christus egit in carne, preces supplicationesque fuerunt pro peccatis generis humani effusa, sacra vero sanguinis eius effusa, clamor validus fuit, in quo exauditus est.* Omnia Christi opera, preces, supplicationes, ac clamores fuerunt ad Patrem.

D. Ambr. Theod. Oecumen. Photius. Anselm. Primasius. D. Thom. Hugo.

Opera Christi, preces; & clamores erant ad Patrem.

QUAESTIO VIII.

Quare non dicitur, quod fumus incensorum de orationibus sanctorum ascendit coram Deo, de ore, vel manu sanctorum, sed de manu Angeli?

Dicitur in praesenti; quod ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu Angeli coram Deo. Fumus, devotio, ac fervor est, ut explicat Divus Thomas, orationum sanctorum, & tanquam suavissimum incensum, ascendit coram Deo, de manu Angeli offerentis tales orationes, quae multum valorem habent ex ipso Angelo offerente cum multa reverentia, submissione, ac fervore, representante Deo ipsas orationes simul adjunctas, ut exaudiantur, cum meritis Christi, & Beatissimae Virginis Mariae, ac sui, & omnium sanctorum; ut late explicat D. August. in Soliloq. cap. 27. D. August. D. Bernard. serm. 12. in Psalm. qui habitat: & serm. 31. in Cantic. & sermone de Angelis; D. Chryfost. de incomprehensibili Dei natura homil. 3. Joan. Climac. grad. 5. Innocent. 3. proemio in 7. Psalm. Pœnit. Richardus Victorin. in cap. 5. Cantic. Anast. Synaita lib. 1. exameron. Antonius de Vasconcel, Volum. de Angelo cuf. to 1. lib. 2. cap. 12. part. 3. lib. 3. cap. 12. part. 3.

Pro quo maxime expendendum est, id quod dicitur de hoc c. 7. vers. 3. *Veni Angelus, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum super altare aureum ante thronum Dei.* Sancti dederunt incensa, seu orationes suas, at Angelus eas apposuit in thuribulo super prunas ibi suppositas, ex quibus exhalata aromata

79.

D. Thom.

D. August. D. Bern.

D. Chryf. Joan. Clim. Richardus Vasconcel.

80.

Apoc. 7.

Angeli multum confertur, & adjuvant, ne orationes acceptae Deo.

D. Thom.

Psalm. 83.

81. Durandus. Optima ratio.

82. Gradatim oratio per manum Angeli ascendit coram Deo.

Rupertus.

83.

Caar. 8.

ad Deum usque perveniunt, Angeli supponunt prunas, ut aromata, id est, orationes ad Deum perveniunt; quo significatur quantam vim preces nostrae accipiunt, dum ab Angelis Deo offeruntur: sicut enim aromata, nisi pruna supponantur, parum olent; ita verò impositae, longè, laetèque redolent: Similiter & nostrae orationes quae etsi fortè parum valere, dum tamen ab Angelis offeruntur multum valoris ex offerente accipiunt: subseribit D. Thom. 2. 2. quaest. 43. art. 4. in corpore. *Oratio ait, porrigitur dupliciter alicui, uno modo, quasi per ipsum implenda: alio modo sicut per ipsum impetranda; primo quidem modo, soli Deo orationem porrigimus, quia omnes orationes nostrae ordinari debent ad gratiam, & gloriam consequendam; quae solus Deus dat, secundum illud. Psalm. 83. gloriam, & gratiam dabit dominus sed secundo modo orationem porrigimus sanctis Angelis, & hominibus, non ut per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed ut eorum precibus, & meritis orationes nostrae sortiantur effectum: & ideo dicitur in Apoc. ipsi, quod ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu Angeli.* Expende illud, sed ut eorum precibus, & meritis orationes nostrae sortiantur effectum, dum eorum meritis orationes nostrae adjuvantur.

Cujus rei optimam assignat rationem Durandus lib. 4. sent. distinct. 35. *Descendunt in nos, scilicet dona divina, medianibus tam Angelis, quam omnibus sanctis, non propter defectum divinae misericordiae, sed propter ordinem divinum considerandum, quo Deus vult, bonitatem suam communicare inferioribus per superiora.* Vult Deus, ut Angeli deferant orationes nostras ante suum divinum conspectum; quia Divinus est ordo constitutus ut Deus communicet sua dona inferioribus per superiora, & inde per Angelos, tanquam per principales ministros caelestes descendunt ad nos divina beneficia.

Pro quo maxime est expendendus praesens textus. *Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu Angeli.* Et tunc sequitur: *coram Domino.* Non solum dicitur, quod ascendit fumus orationum sanctorum, nec quod ascenderit de manu, vel ore sanctorum, sed de manu Angeli; rectè gradatim hunc ordinem posuit Joannes, quod nempe oratio de ore sanctorum ascendit ad manum Angeli, & per manum Angeli coram Domino, cu us precibus, & meritis multum ipsa oratio adjuvatur, coram Domino. Rupert. *Fumus incensorum, ait suavis est affectio sanctorum precum, quae sic ex fide per dilectionem operante dulcescit, & coram Deo surgit, quomodo ab igne cremante, dum liquefit incensum, fumum creat odoriferum: sursum naribus patulis sensum inspirans infra suavitatis: illic usque pulchra gradatione hujuscemodi fumus ascendit de orationibus sanctorum ad manum Angeli, de manu Angeli, coram Deo ascendit.*

Ait divinus Sponsus ad dilectam animam justitiam: *Quae habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.* Cant. 8. n. 13. maxime ponderanda est connexio horum verborum; dicitur, quod amici rectis auribus affant, ut percipiant vocem Sponsi: & inde inferunt, quod ipsa dilecta anima, quae habitat in hortis hujus saeculi faciat, quod ipse Sponsus audiat vocem ejus: Aliter videbatur dicendum, Amici auscultant, fac, ut ipsi audiant vocem tuam, sed subdi-

tur, ut ego audiam: At quid amici auscultant? & quomodo inde sequitur, quod ipse Sponsus audiat vocem suae dilectae animae? Amici in praesenti sunt sancti Angeli, ut tenent Cassiodor. Beda. D. Gregor. Papa, tam in expositione Cant. quam homil. 14. in Ezechiel; qui maxime attendunt ad vocem orationis animae dilectae, ut eam Deo praesentent: & inde sequitur, quod Deus audiat ejus orationem, dicitur immediate, quae habitas in hortis, fac, ut ego audiam; sed amici auscultant, fac, ut ego audiam; ex eo, quod amici scilicet Angeli sancti auscultant orationem, & eam Deo deferunt, inde fit, ut ipse audiat vocem ejus. D. Anselmus. *Dum est, ait, in hortis, dignam se fecit ejus auditu, cum habeat amicos, tum Angelos, tum Sanctos quoque per quos perferantur tam orationes, quam opera ipsius; tunc scilicet ipse audit vocem ejus.*

Vidit Jacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam & Dominum in ierum scala. Gen. 28. n. 12. Duo affirmantur de sanctis Angelis: primum, quod ascendant per scalam ad Dominum in ierum summitate ejus: deinde quod descendant ad nos: & quale est hoc negotium? & ad quid, ut ascendant, & deinde descendant? Tanquam valde solliciti de nostra salute, ascendunt deferentes nostras preces ad Deum, & descendunt afferentes ejus dona, & beneficia in nos: Cajetan. *In hac scala, ait, continue Angeli ascendunt à nobis, referendo nostra in Deum, & descendunt ad nos, offerendo divina ad nos.*

QUAESTIO IX.

Quare Angelus acceptum ignem ex altari, & positum in thuribulo, mittit in terram?

Venit Angelus, & accepit thuribulum ipsum, quod reposuerat super altare, plenum thymiamate orationum; iterum reassumit, & implet de igne altari, & ipsum ignem jam in thuribulo repositum mittit in terram; ex quo facta sunt tonitrua, & voces, fulgura, & terrae motus magni, quatio in praesenti est iste ignis de altari missus in terram deferat secum plagas, an verò signa pietatis, ac misericordiae? Cornelius datus supra quaest. 6. cum teneat, quod sancti suis orationibus postulerint vindictam à Deo, existimat, quod hic ignis secum deferebat calamitates iniectas in persecutores sanctorum.

Dicendum tamen existimo, quod hic ignis secum deferebat pietatem, & misericordiam; nam Sancti suis orationibus hanc indulgentiam postulabant in suos persecutores, ut est sollemnis consuetudo sanctorum degentium in hoc saeculo, ut dixi supra cit. quaest. 6. quod maxime verificatur ex eo, quia non est sermo hic de altari materiali, sic etiam nec de tonitruis, vocibus, fulguribus, & terrae motibus materialibus; sed de altari divinae pietatis.

Probatur secundo, quia ignis, qui est in altari, non est ignis materialis, nec significat aliquid infaustum, & adversum; de altari praecipue

Cassiodor. Beda.

D. Gregor. Deus nostras orationes audit interveni in sando rum Angelorum.

D. Anselm.

84.

Genes. 28. Angeli deferunt nostras orationes ad Deum, ab ipso multa bona in nos transmittunt.

Cajetan.

85. Status quaestio.

Cornelius.

86. Resolutio quaestio.

87.

Gen. 8.

thymiamatis, non procedunt aduersa, & calamitosa mundo, sed prospera, & felicia, maxime cum odoratus sit Dominus thymiana nostrarum orationum, in cuius rei similitudinem, de holocausto Noë dicitur Gen. 8. n. 21. Odoratus est Dominus odorem suauitatis, & ait: nequaquam ultra maledicam terra. Ex tali odore suauitatis manavit diuina clementia in terram.

88.

Tertio, hoc thuribulum, iuxta multos Patres, ac Doctores datos supra quæst. 5. significat corpus Christi, quod in Passione multis plagis, quasi fenestris, vel cancellis, instar thuribuli, apertum est, ex quibus in nos dimanat ejus pietas, misericordia, charitas, ut humana corda igne charitatis accendantur. Sic ait D. Bernardus Senensis. Angelus ignem, ait, misit in terram, id est, in populos, vel in mentem Aquilonis, tremore, vel frigore congelatam. Et confirmatur, quia si dicitur, quod ex tali igne misso in terram, securæ sunt calamitates, & deustationes totius orbis, ut dicunt aduersarii, hæc sequuntur ex septem Angelis tubis canentibus, ut statim videbimus: ad quid ergo tam confusè ejusdem fieret repetitio?

D. Bernard.

Christus charitatem misit in omnium corda.

81. Luc. 11.

Christus ob preces sanctorum, misit ignem in charitatis.

190. 3. Reg. 18.

Oratio iusti exauditur à Deo, & impedimenta demouit.

Aldhelmus.

91.

Matth. 26.

re, eos ipsos: quos paulò antea exhortabatur, vigilare, & orate? Num tam brevi intervallo Dominus sibi est contrarius, nam si vigilare, ac orationes necessariae sunt ad inimicas tentationes repellendas, & ut necessariae mandantur; cur repellendas, & ut necessariae dormire, ac requiescere modo mandas Domine, dormire, ac requiescere? ex alto sanè consilio, cum vigiliae, ac orationes fieri mandatur, ibi jam consequenter somnus, & quies offertur: qui enim maximè vigilans orationibus incumbit, jam talis dormire, ac quiescere securè poterit; nihil est aduersum, quod timeat, ac quod ei obfistere possit. Elegendanter Hildebert. Turon. Archiep. de Myst. Mist. sic ait:

Primum iussit eos, vigilare, statimque precari, Post dormire, dehinc agnus, & ara iulii.

Expende illud post dormire, consequens erat, ut data opera orationis, jam securè, ac quiescere dormirent, sine ullo hostium metu.

Cum Dominus monita salutis suis discipulis daret, dicebat eis; Amen dico vobis, nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum caelorum. Matth. 18. n. 3. nos tanquam parvulos, vult Dominus, ut caelestia teneamus & ut ad illa spiritus noster dirigatur: de Christo Domino canit Regius Vates: Exultavit ut gigas ad currendam viam. Psal. 18. n. 6. Christus Dominus est veluti gigas, & nos vult esse, ut parvulos? nostra salus in eo consistit, quod Christo proportionemur; si ipse est, ut gigas, quomodo non vult, ut parvulos? inter utrumque enim magna est impropertio: Christus cum veluti gigas, vult nos, ut parvulos, ac ut parvulorum ingenium teneamus, quorum conditio est, ut panem habeant, non ex sudore ac labore, sed ex petitione, ac deprecatione: & qui tanquam parvulus, panem salutis exorat, ac petit; sic crescit, ut fiat gigas, ut caelum teneat, & assequatur! hoc enim non obtrinetur ex viribus, nec magnitudine corporis, sed ex efficacia orationis, sicut & parvuli ex precibus habent panem ad alimentum; Paulus Orosius in Apolog. contra Pelagium: Infans, ait, nihil in se habet, nisi quod diligit blandientem, & quod panem suum, non in sudore suo, sed in precibus sperans, alimoniam vite simplici petitione consequitur, quam fiduciali opere non meretur: qua in comparatione communitus, convertere ad infamiam, ut revertaris ad vitam. Ludebat bonus vir cum Haerico, qui propriis naturæ viribus sperabat, caelum assequi: inde monet eum, ut oculos converteret ad parvulos, qui non labore, ac industria, sed petitione, & lachrymis alimoniam compèant; ut inde documenta habeamus omnes, non ex petitionibus, ac lachrymis, gratiam à Deo comparari, ac caelestia dona acquiri.

Apoc. 8. n. 6. Et septem Angeli, qui habebant septem tubas præparaverunt se, ut tuba canerent.

Num. 7. Et primus Angelus tuba cecinit; & facta est grando, & ignis mista in sanguine, & missum est in terram: & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum

rum concremata est, & omne foenum viride combustum est.

VERSIONES.

Lyrus n. 6. Et illi septem Angeli, qui habent septem tubas, fuerunt ii, qui paraverunt se se, ut clangere.

Arabic. Et assurgentes illi septem Angeli, qui habebant septem buccinas, paraverunt se ad clangendum.

Syrus n. 7. Et ille primus clauit; facta est grando, & ignis, mixta aquis, & profecta sunt in terram, & c. omne gramen viride ustum est.

Arabicus. Cœpitque primus, clauitque buccina; & facta sunt inde grandines, & ignis.

Primasus. Facta est grando, & flamma, commistum est in sanguine, & in terram jacta est, & tertia pars terræ dearsit.

D. Thomas alii. Facta est grando, & ignis in sanguine.

Pagninus. Omnis herba viridis combusta.

EXPOSITIO V.

SEPTEM Angeli, facta silentio in caelo, veluti media hora, pro admiratione divini consilii, & ut discernerentur humanae res, & audirentur orationes sanctorum, designantur à Deo septem Angeli cum septem tubis, hoc est, Prædicatores Evangelici; tunc offert Angelus in thuribulo orationes sanctorum, pro salute Judæorum, ac gentium quæ cum essent exauditæ à Deo, mandat Dominus in mundum designatos Prædicatores Evangelicos; Et septem Angeli qui habebant septem tubas, præparaverunt se, ut tuba canerent; admovendo veluti tubas ad os; per hos septem Angelos intelliguntur universi Prædicatores, seu septem ordines, ac classes Prædicatorum Evangelii usque ad finem mundi, qui prædicarunt, prædicant, & prædicabunt.

94. Alb. Magn. Exod. 19. Levit. 24. Lex vetus timor; lex nova amoris.

cunda; sic ait Albert. Magn. Nota quod quilibet Angelus dicitur, tuba canere; nunquam tamen in veteri Testamento dicitur esse cantus, sed clangor, & hoc, quia vetus Testamentum fuit lex timoris, nova amoris.

Primus Angelus, id est, primus ordo Concinatorum (Epore primitivæ Ecclesiæ, seu Apostolorum; tuba cecinit; Prædicatione insonuit in orbe, & deinde magna contrarietas, ac persecutio exorta est contra fideles, quæ symbolicè explicatur: facta est grando, in parte corda quæ iam frigida Judæorum ac obdurata, veluti grando, ex circumstante calore fidelium sanguis, flamma scilicet Pharisaicæ æmulationis, ac invidia; mista in sanguine, multa crudelitate occisionis; missum est in terram; magna, & dira persecutio.

Et tertia pars terræ combusta est; processit Divina justitia contra fidelium persecutores. Et tertia pars terræ; pro quo nota quod tota gens Judæorum divisa est in tres partes; una credit in Christum, altera dispersa est per totum orbem, altera combusta, & consumpta est tempore Vespasiani. Et tertia pars arborum concremata est, id est, tertia pars principum, ac magnatum Judæorum in illa devastatione Jerosolymæ concremata est; & omne foenum viride consumptum est; id est, populus Judæicus jam omnino contumptus est, cum sit jam dispersus, & divisus per totum orbem, ut jam non inveniatur populus unus congregatus; de quibus laus in quaestionibus.

QUESTIO X.

Quinam sint hi septem Angeli, qui tuba canunt; & quid significant?

Am ad hoc caput quæst. i. diximus hos Angelos esse bonos; quid verò significant, est tota controversia? Lyranus, & Aureolus volunt, hos Angelos esse quatuor celebres hæresiarthas, & tres Principes, qui eorum hæreses secuti sunt, & sic fuerunt patroni. Hæresiarthas fuerunt Arius, Macedonius, Eutichius & Pelagius, contra quos tres priores congregata sunt quatuor Concilia generalia, quæ, ut dicebat Gregorius Magnus, honoranda, ut quatuor Evangelia; scilicet Concilium Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Calcedonense. Hæc opinio non potest subsistere; quia hi Angeli sunt boni, & stant in conspectu Dei; ac proinde non agunt personas iniquorum hominum: deinde quia ex Dei ordinatione datæ sunt eis tubæ, quod Hæresiarthas non cõvenit.

Secundò, Alcazar, has septem plagas denunciat, seu impositas per hos septem Angelos, vult immittas in Judæos, qui prædicantibus Apostolis, seu viris Apostolicis primitivæ Ecclesiæ, repugnarunt; ac proinde per hanc plagam interpretatur fames Judæorum, tempore Titi: nam segetes, & fruges exuruntur grandine, igne, ac sanguine putrefiunt. Psal. 104. n. 32. & ita has omnes plagas coarctat ad illud tempus primitivæ Ecclesiæ in Judæos. Ad hæc sententia nullo modo est vera: nec omnia, quæ hic dicuntur de septem Angelis, possunt ad illud tempus reduci, nec tanquam in Judæos immittas accommodari, ut patebit ex dicendis.

Tertio, Ribeira, Cornel. Menoch. M. Joannes